

## FORMULE REPARATRICE : " DIEU SOIT BENI " ETC.

---

URBIS ET ORBIS

*Decretum ex Audientia Sanctissimi, die 2 Februarii 1897.*

---

**J**AM diu apud fideles, praesertim Italos, ea in more est pia laudum formula cuius initium *Dio sia benedetto* : qui religionis actus, praeterquam perse optimus, etiam opportune valet, quemadmodum initio institutus fuit, ad honorem compensandum divini Nominis rerumque sanctissimarum, tam multis quotidie impiis vocibus passim violatum. Proximis autem temporibus inductum est multis locis, Episcoporum concessu vel jussu, ut ea ipsa formula recitetur publice in ecclesia, sive ad benedictionem cum Venerabili Sacramento impertitam, sive post divini sacrificii celebrationem. Hujusmodi increbrescentem consuetudinem SSmus Dominus Noster Leo PP. XIII non semel, data occasione, probavit et commendavit. Nuper vero, quo illam vehementius commendaret eoque amplius soveret, constituit, tum eidem formulae laudem intersetere in sacratissimum Cor Jesu, tum augere munera sacrae Indulgentiae, quibus ea donata est a decessoribus suis sa. me. Pio VII et Pio IX. Alter enim die 23 Julii 1801 concessit (indulgentiam unius anni pro qualibet vice laudes eas corde saltem contrito ac devote recitantibus). Alter vero, die 22 Martii 1847, eam ipsam indulgentiam animabus quoque in purgatorio detentis applicabilem esse decla-